



~~Litt.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

11-58.

SIGNAT. ~~ccccccc~~ CCCXIII.

STRENA VOTIVA.

NOVI ANNI

57

L. III. 3483

*Nobilissimis, Magnificis Amplissimis Excellen-
tissimis, Consultissimis Doctissimis ac Prudentissimis*

DOMINIS DNI

**CONSULIBUS,
PRÆTORIBUS,
SCABINIS,**

cœterisq; DN. SENATORIBUS longè

suspiciendis, ac singulis literatis civibus in Foro,
Choro ac Toro clarissimis, inclutæ æq; ac floren-
tissimæ Republicæ Zittaviensis

Patribus Patriæ longè meritissimis

Dn. Patronis, Promotoribus & Everge-
tis omnigeno venerationis, promptitudinis, ho-
noris & observantiae studio prosequendis, non
sine singulari animi submissione Anno 1687,
calendis Januarii

oblata & vota.

ZITTAVIAE,

Typis Michaëlis Hartmanni.





Vod olim gravissimus Demosthenes, qvi Divinæ,
qvodam admirabili dono Providentiæ, in Svadam
illam Atheniensis Eloqventiæ genitus dicebatur,
dum contra Thebanos belli Autor esset, Parmæ
bellatrici inauratis literis inscribi curavit: **QVOD FELIX**
FAUSTUMq; SIT: idem ego primæ huic dici, quæ felix au-
spicium sit seqventium, primæ inqvam diei Januarii, velut
Jauuæ, perqvam transitus fit, à clausula veteris ad Novum
Annum, inculpi: **QVOD FELIX FAUSTUMq; JUBEAT**
ESSE DEUS exopto: Ecce enim Principium vitæ & Sa-
lutis nostræ, hodiernâ die, principium anni ex fine præteri-
ti incipimus & exorodimur. Hodie novus, novi anni Sol,
fatigatas per integrum Annum operas & labores deponit,
ut resumat: absolvit, ut incipiat: infimum occupat clima, ut
nos in Augem cœli extollat. Et qvi Sol integerimus ab
æternitate oriebatur in Patris lumine, hodie stat in carnis
nostræ Zodiaco, in ortus nostros declinans, an potius re-
grediens, ut Salutem nostram provocet. Stetit scilicet hic
Sol, sed amoris quadrigâ virginis delatus: Regressus est,
sed, è Gloria in mserias: ex cœli Theatro ad orbis Tuguria:
ex luce ad tenebras: à DEO ad homines, ut è peste tene-
brarum in lucem Sanctitatis homines affereret. Hujus ex-
ortu, qvicquid tenebrarum erat, antiquissima peccatorum
nocte conflatum, hodie alpergitur lumine, ut illis dispulsis
mundo exoriatur pius Sol, & vel nox ipsa media posthac
habeat clarum meridiem. En miratur hodie immensam
charitatem cœlum: lætatur favorem Terra: Stupent pacem
Angeli: tripudiat salutem homo. Et vos Generosi, Amplis-
simi

fimi, Excellentissimi Domini Patroni, iu lumen hodiernæ
diei, in portu qvæ bonæ Spei constituti mihi videmini, dum
depulsis malorum tenebris Anni veteris, Initium, QVOD
FELIX FAUSTUMq; JUBEAT ESSE DEUS, Novi fe-
licioris aucupamini. Ingredimi ergo ut facitis pleni bonæ
Spei, hanc januam Magni Patroni, exdivino munere. ex vo-
to Clientis, multo favore ad hanc pietatem obligati, qvem
vos extorrem hospitio dignum habuistis, multis beneficiis
ornastis, nudum vestivistis, esurientem cibaftis, sitientem
potastis. Ingredimini inquam felices hunc 1687. Annum
Multiplicantur dies vestri: reflorescat Fortuna & renovetur
ætas vestra! Oriatur Foro, Choro, Toro Sol justitiae. lumen
Fortunæ, radii publici amoris. Absint tenebræ intellicita-
tis, secedant caligines invidiæ: procedat lux cœlestis & Fe-
licitatis vestræ sine occasu, oriatur & decurrat. Id ego No-
bilissimo & Amplissimo Senatui, literatis civibus & omnibus
bonis Divino effectu, communi voto, meo demissio affectu,
expto:

* * *

Quo novus auspiciis currat felicibus Annus,
Eminus à Zitta, sit procul omne malum.
Sit procul omne malum, cedant fera tela Mayortis,
Exulet hostis atrox, hostis & ira ferox.
Gratia cœlestis, pax & felicia cuncta
Sidereo veniant æthere, corde precor.
Anni principium sit felix & benedictum:
Et medium currat, prosperiore gradu.
Ac tandem finis sit ab omni parte beatus.
Et large nobis prospera cuncta ferat.
Rex nobis natus defendat ab hostibus Urbem.
Publica res crescat, floreat urbis honos.

Christe,



Christe, Patres Patriæ, vivant cum Consule Prætor;
Vivant Augusti maxima fulcra Fori.
Vivat Doctorum, Pastorum docta corona,
Hanc DEUS ex alto qvâq; salute beat.
Confirmet mentem vegetam cum corpore sanam
Cana senectus ut Publica priva regat.
Sub Rutâ ast pacis vivaci Saxonis ensem
Imperii sirmi, protege sancte DEUS.
Atq; Magistratum porrò defende paternum,
Qvem fovet illustri Saxona Ruta solo
Ut Gens subdita Saxonica reqviescat in Umbra
Tranquila Rutæ, molliter in Patria.
Jam DEUS, ò defende chorūmq; forumq; torumq;
Ut chorus, & Torus & Te colat inde forum
Principium, medium, finis sis Christe per Annū
Omnibus in rebus: Sic bonus Annus erit.
Desiit ut veltus, & rediit novus Annus ab alto;
A nobis vivis; Gloria sit Domino.

A
DANIELE MÖLLERO,
Exule Hungaro, & hoc tempore Xeno-
dochii ad D. Jacobum Lectore, qui se se
hoc modo in favorem innfluare studuit.]



Ung. VI 58. (A)

ULB Halle

002 686 287

3



56,

VDI 7
Sep. 2000 Pcl.



FarbKarte #13

B.I.G.

Centimetres

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

PTIVA. 57
NI
plissimis Excellen-
ac Prudentissimis
ONIS
IBUS,
IBUS,
NIS,
ORIBUS longè
s civibus in Foro,
tæ æq; ac floren-
viensis
meritissimis
bus & Everge-
omptitudinis, ho-
oseqvendis, non
Anno 1687.
E,
rtmanni.